

Dominum. et om̄m sanctoz. quos fidelis
quis hodie in conspectu tui manifestans.
admiratur. domine deus noster totu[m] in deitate tua.
O m[isericordia] sanctoz tuoz quos meritis premitus
Benedic[emus]. ut in omnibus pietatis tue mem-
oriam auribus. Deinde christum dominum nostrum.
ant igitur oblationem ferunt nos no[n] solum
cuncte familiæ tue. Domini dñe ut plau-
sus accipias. dies q[ua]z nostro in tua pace di-
as. atq[ue] ab eternâ damnatione nos eripi-
lectoz tuoz imberas gregem numeram p[ro]p[ter]e
domini uirum. Quia oblationem tuas ieiuniis
omnibus q[ui]s. benedicta missa scripta
rationabile. acceptabile q[ui]s faci-
eris. ut nobis. corpus et sanguis
dilectissimi filii tui domini nostri ihu christi

Ms 612

Sammelbd

Arbfr. Lbk.



56.

Programma,
IN ACADEMIA
IVLIA

*Sub initium Quadragesime, ut vocamus,
publice propositum.*

Kalendis Martijs.



HELMESTABY,

Typis heredum IACOBI LVCI,

ANNO

clo celi ccl XVII.

PRORECTOR ET SENATVS
Academie Juliae,
Bonarum artium studiosis S. D.



Votannis sub hoc quadragesimale, ut vocatur, siue ieiunij tempus, quo ecclesia memoriam acerbissimæ quidem, at salutaris in primis passionis ac mortis Christi seruatoris nostri renouat, ex hoc loco, id quod plærisq; vestrum notissimum est, ad officium vos cohortari scripto aliquo huiusmodi solemus. Neq; nihil omnino proficimus: etsi nonnulli è iuuentute nostra consuetudini absurdæ prorsus & ineptæ plus interdum tribuunt, quam aut ipsos deceat, aut nobis probari possit, aut ipsa deniq; honestas permittat. Sunt enim, apud quos exempla, & quidem vulgi atq; imperitorum hominum, plus valent, quam recta ratio, quam cohortationes nostræ, & paterna monita, quam existimatio prudentum, quam propria deniq; conscientia; ne quid de legum iussis, de præceptis honestatis, de imperio Dei

opt.

opt. max. dicamus. Hi tales igitur (quod negandum non est, cum res ipsa loquatur) more vulgi, quem in numerum ipsi se suâ sponte aggregant, hiscè diebus, quibus minimè profectò decebat, compotationibus sese immoderatis fermè dedunt, neq; domi tantum & intra priuatos parictes argentum turpiter prodigunt, ineptis & vanis studijs tempus, rem preciosissimā, miserè conterunt; sed, quasi pœniteat stulticiæ, nisi eius quam plurimos testes colligant, in publicum etiam plerumq; prouolant, habitu ita monstroso, vt primo statim adspicere puerorum oculos & voculas in se conuertant. Alius enim rustici, alius aurigæ, agasonis aut tabellarij alias vestem sumit, alias deniq; alium sibi cultum adoptat, moresq; & gestus alienos mentitur; adeoq; vnum inter *μωρίας* candidatos certamen est, quis eorum maximè ineptire, quis pudorem & verecundiam fortius conculcare, denique quis petulantia cæteros anteire, legibusq; Academiae & honestatis impudentius possit insultare. Quid enim, quæso, aliud agitur? Nonne leges probitatis, modestiae, verecun-

dic id vetant, quod fieri à multis videmus? non etiam Academiæ huius, quæ bis quotannis publicè in illustri loco recitantur, quibus nemo vestrum fesc non subiecit. Numquid verò aliud est, quod quenquā ad eiusmodi ludos faciendo incitare possit, nisi petulantia, leuitas, & licentiæ studium non probandæ, deniq; vno verbo, stulticia? Qui rectè iudicant, hoc nominis actionibus istis ineptis imponunt: & ipse populus, parūm alioquin acutus rerum existimator, hic tamen verum videt, & scapham vocat scapham. Illa quoq; puerorum cminus sequentiū caterua, quibus potissimum, & leuissimo cuiq; de plebe oblectando, egregia illa spectacula comparantur atq; exhibentur, non dissimulat, quid de histriónibus illis suis existimet, quo loco eos habeat. Quanta enim potest voce subinde titulum corum ingeminat. Nec ipsi ferè, quod facile appareat, nomine illo, tam sibi & studijs illis suis conueniente, parūm afficiuntur. Quasi enim calcar addatur currentibus, ita audito suo illo titulo excitantur, & ad peragendam strenuè, quam occepere, fabulam, clamore illo

illo animantur, vt Roscius olim aut AEsopus
populi Romani plausu. Immo verò, (ne iniu-
ria tam præstantibus viris fiat, si Comœdo illi,
aut isti Tragoœdo conferantur) vt Alexander
Philippi fil. accerrimi animi iuuenis, labores
omnes expeditionum remotissimarum, obsi-
dionum, & præliorum plurimorum pericula
æquo animo perferebat, vt ab Atheniensium
oratoribus laudaretur; ita nostri scilicet Alex-
andri, omnes plateas percursare, per niues sæ-
pe incedere, & glacialia illa marmora calcare,
sub Ioue frigido omnes cœli iniurias sustine-
re non recusant, vt ne perhonorificis illis ac-
clamationibus fraudentur: quæ si aliquo casu
vno alteróue anno cessent, vix credimus re-
pertum iri, qui tantum laboris capiat, tantum
sustineat molestiarum, nullo videlicet propo-
fito fructu. Nam quamquam populus, vt ante
significauimus, idem de industria eorum ac
virtute sentiat, tamen impeditur verecundiâ,
quo minus, vt imprudentia illa ætas, & dissimu-
landi nescia, animi sui sententiam clamore
prodat. Ecquid verò exiguum aut contem-
nendum videtur præmium, quod tanto sibi

conatu parant nostri Luperci? Neq; dum de
alijs dicim⁹ huius rei fructibus, qui nihilo sunt
illo optabiliores; immo non parūm magis
fugiendi. Quæ verò caussa tandem insanire
nos cogit? ipsum tempus? Id verò longè alia
studia, alios mores, aliam vitam postulat. Ad
earum enim rerum meditationem hisce die-
bus Ecclesia se accingit, quibus salus nostra,
cq; æterna continetur. Quæ quidē eo modo
parta est, vt qui serio eum considerat, persona
facile exsuat, laruam abijciat, & alijs se non
paullo melioribus studijs tradat. Quod qui fa-
ciunt, non existimationi suæ tantum, sed con-
scientiæ etiam, salutiq; æternæ rectius consu-
lunt. Parent enim monitis nostris, gratam
rem faciunt bonis & intelligentibus omni-
bus, obtemperant legibus, deniq; iussis diui-
nis morem gerunt. Quod vos vtiq; facietis,
qui officij memores, bonis rationibus duci ad
salutarem metam desideratis. Non modò ipsi
turpiter vos hisce diebus non geretis, sed alijs
etiam æqualibus vestris & familiaribus, si
qui minus fortè in virtutis stadio progressi
sunt, auctores critis, ne vulgi consuetudi-
nem,

nem, & popularē amentiam velint imitari. Neq; verò ita
rigidi, ita tristes aut duri sumus, vt omnia vestræ ætati pute-
mus neganda. Permittitur enim vobis honesta, & ingenuis
recte q; educatis digna musica. Permittruntur piæ & elegan-
tes actiones Comicæ: deniq; tempestiuæ & moderata vnius
aut alterius etiam diei conuiua non interdicuntur: in qui-
bus tamen modestiæ, pudoris, verecundiæ & concordiæ ra-
tio perpetua habeatur. Salibus ea & facetijs, iucundisq; &
non infrugiferis sermonibus condiantur. Heluationes, cla-
mores, rixæ, contentiones, pugnæ procul arceantur. Ita di-
es hos, exemplio honestorum & prudentium virorum, hilas-
ritate nō improbanda transmittetis, vobisq; recte conuien-
tis. Nam *Saturnalia*, quæ seruorum licentiæ tribuebantur;
Lupercalia, quæ petulantia & nequitia; *Bacchanalia*, quæ
sceleribus & facinoribus consecrata fuisse scimus, gentilium
festos dies & esse & haberi sinamus, quos tamen prudentio-
res nunquam probarunt; immo verò magno conatu etiam è
repub. exterminarunt. Nec multo illis honestiora erant
Pontificiorum, quæ dicuntur, *Quadragesimalia*. A quibus
cum alijs in rebus ac ritibus rectè ac piè discesserint maiores
nostrí; illud, quod turpitudinis ac dedecoris plurimum ha-
bet, usurpare etiam hodie pertinaciter, nescio an non extre-
mæ sit dementia. Vos, vt diximus, optimi adolescentes, &
vestrâ spôte, & nostrâ cohortatione permoti, à turpi ac pro-
fana, immo verò impia ac detestanda consuetudine vos
longè remouebitis; nec, quibus exemplo ad virtutem esse
potestis, quibusq; eruditio vos iam pridem anteposuit, ijs
vestra culpa deridendos vos exponetis. Quod si qui, quam
animo male tectam gerunt, stulticiam domi continere ne-
queunt, age sumant, quam volunt aut possunt monstrosum
habitum, eoq; in publicum, quasiq; in scenam suam prode-
ant; referantq; populo imperito demortuos iam olim Lu-

per-

percōs; ostentent miram illam suam in hoc genere solerti-
am; deniq; vel restim ductantes saltent: cum non minus per-
sonatis illis apud nos turpiter agere permīssum videatur,
quam Chijs quondam Lacedæmonē αστλγαινεν. Illud tamen
monitos volumus eos, qui animo suo morem gerere, & pro-
fanarum gentium ritu discursare laruati malunt, quam fide-
liter monentibus obtemperare, legibusq; & honestatī
obsequi, ne nimium sibi in illa persona placeant. Primum e-
nī parūm fideliter eā teguntur, sāpeq;, non sine rubore
eorum qui non prorsus frontem perfricuerunt, detractā eā
produntur: deinde, ut omnes homines lateant, quod fieri
quidem p̄r̄f̄r̄t̄, i.e. ut te ubi turpitudinis suā con-
scijs sunt, eiusdemq; testem, pr̄ter se, habent Deum, quem
nec fallere possunt, nec vindicanti se subducere. Quod si
quis, petulantia illa populari prouectus, aliquid designari
animaduertendum, suo malo discet, nullam nobis caussam
esse, cur ijs, quod promerentur, quodq; volunt pr̄mij, non
tribuamus, qui magno cum dedecore ordinis litteratorum,
imperitæ plebeculæ deridendos se propinant, idq; non sine
contemptu nostro, legū, earumq; auctoris; non sine macula
disciplinæ publicæ; non deniq; sine manifesta irrisione pie-
tatis, verecundiæ, & honestatis. Quot corum in iuuentute
nostra sint, propediem sciemus. Optamus ut nulli. Id nobis
& nostris studijs dignum fuerit. Nam vulgo venia dari posse
videtur, si decori parūm sit obseruans, quod cuiusmodi sit,
ignorat. Qui vestrum moderatores estis, facile ijs, quæ per-
missa vobis intelligitis, quæq; non decent ordinem no-
strum, contenti eritis: reliqua, ab honestate aliena, vestra
sponte fugietis. Id qui feceritis, de nostra benevolentia
omnia vobis contra promittetis. Valete, &
officij memores este. P. P.
Kal. Mart.

-139-



VO 27



... pio ducis et vencoris hoc
monia. hcc  munera hcc  
crux illibata.  n primus que nbi
muis pro ecclesia tua sancta catholica
pacificare custodire. adiuvare. et regere
ris tota orbe terrarum. una cum famulo tu
mto. Bege. nro  et omnibus
orthodoxis catholice et apostolice fidei
adibz.  cumento duc famulorum famu
lorum.  et omnium circumstantium quos i
fides operata est. et nota deuoto pio q
nbi offerimus. et qui nbi offerunt hoc
sciam laudis pro se suis  omnibus pio re
tatione animarum suarum. pio spe salutis.
nolumus sue nbi reddunt uota s
eterno deo viuo et uero. 

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta

White Black

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan

Blue

Black

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Yellow

Green

Cyan